illis ihs. & ex
m illorum & du
qui uiderant eum
derunt. Quomo
am ultra eum non
n quippe illud ē
uiderunt. quando
factum ē quadra
rrectionem. Nū
turus erat qd non
uiderant resurrexis
rrectionem totiens
accipiamus post
quibus pdies
eum & iam
is illis undecim
adragesimo die.
nsurus in caelum.
exprobrare uolu
um resurrexisse
am ipsi eum uide
nsionem suam

regnum [illegible] pra
tium nisi te ipsum. Tantum ualet quan
tum es tu. Te da & habebis illam. Quid
curuaris de praeterito? xps semet ipsum tra
didit. ut adquireret te regnum dō patri
Ita & tu te ipsum da ut sis regnum eius
ac non regnet peccatum in mortali tuo
corpore sed ipse in adquisitionem uitae
Ad hanc igitur operum salutarium dele
tetur palmam.
Libenter ac prompte certemus omnes
in agone iustitiae dō & xpo spectante
curramus. & qui saeculo & mundo maio
res ēe iam coepimus. cursum nrm nulla
saeculi & mundi cupiditate tardemus
si expeditos si celeres in hoc operis ago
ne currentes dies nos ultimus inuene
rit. nusquam dns meritis nris ad prae
mium deerit remunerator. Qui coro
nam in persecutione purpuream propas
sione donabit. ipse in pace uincentibus
eam iustitiae meritis dabit & candidam
Nam nec abraham nec isaac nec iacob

[illegible]
ma. uirtute robusta. caritate pfecta
parati ad omnem uoluntatem dī simus.
conseruantes fortiter dominica man
data. In simplicitate. innocentiā. in
caritate concordiam. modestiam in hu
militate. diligentiam in administratio
ne. uigilantiam in adiuuandis laboran
tibus. misericordiam in fouendis paupe
ribus. in defendenda ueritate constan
tiam. in disciplinae seueritate censurā
ne aliquid ad exemplum bonorum
factorum desit in nobis. Haec sunt
enim uestigia quae nobis sci quoq re
uertentes in patriam reliquerunt.
ut illorum semitis inhaerentes seque
remur & gaudiae. Patriam quoq nrām
paradisum cum illis computemus.
Parentes patriarchas iam habere coepi
mus. quid non properamus & currimus.
ut patriam nrām uidere. ut parentes
salutare possimus. magnus nos illic
carorum numerus expectat parentū.